

Henricus.

Ex Codice Vatic. inter Vatic. 6419 pag. 161.

1574. & 4.bris

Exemplum literarum Card. Horii Epipi Warm. ad Henricum Regem
Poloniae 4 Oct. 1574.

Quod a subditis Vrae Mttis, hoedis vero meis Elbingensibus inter regno
durante, sub initium anni proximè superioris designatum fuerit, simul
ut ad eam Regni Poloniae gubernacula delata sunt, meminisse me seri-
bere, perque meum Reserium Lutetiam hac ipsa de causa missum,
graviter ea de re queri. Cum primis enim atrox fuit illud facinus.
Etiam Turcanum Tyrannus in suis civitatibus Christianos fest, neque
prohibet, quominus ritu suo Christum colant, et illi rem divinam faci-
ant, quin etiam habere sacerdotibus honorem dicitur. At hoedi mei
posteaquam a Chro defecerunt, et Anti Christum Islebrensem colere
coeperunt, qui fuerunt in templo parochiali per me constituti sacerdotes,
eos non ex sua, verum ex Mttis Vrae civitate publice per lictores edu-
cendos, et inde curaverunt ejiciendos. Quod cum eorum tantum facinus
et positum Vrae Majestati fuisset, simul ut in Regnum suum adven-
set, futuram se promisit, ut pro tanto scelere, quas merebantur poenas
ab illis exigeret. Ac fuit quidem per me curatum Craoviae cum esset,
ut hujus promissi sui per Nuntium Apleum admoneretur, verum non sa-
tis tum opportunum esse tempus existimabatur ea de re quidquam
statuendi. Cum in Prussiam venisset, ea de re deliberationem suscipi re-
tius posse. Mihi vero cum primis grave fuit hoc et acerbum, quando quidem
inter hoedos istos non paucae sunt oves quoque meae, qual fame Dei veri
laborent, eas tum diu legitimo Sacramentorum usu, salutarique
pabulo carere. Sed quoniam tempus magis opportunum expectare usus
fuerat, etsi dolenter, tuli tamen, et horam illam expectans expectavi,
qua templo Dei legitimi sacerdotes per me constituti, per hoedos vero me-
os turpiter ejecti restituerentur. Sed jam tertius annus in ista, nec tamen
illam adhuc allatam esse video medicinam. Ac vehementer me tuo, quae
fuerunt adhuc in ea civitate Catholicorum reliquiae, ne magis in dies, at-
que magis deficient, et cum, a quibus doctrina salutari possint refici,
ministri Dei careant, hausto veneno quod a Sathanae ministris in ea
civitate propinatur, mortem obeant sempiternam. Quam obrem a Mttis Vrae
duplex peto, velis huic malo providere. Caeterum providendi rationem
hanc esse puto, Si Palatino Sendomiriensi qui Marienburgensis quoque
praefectus est, quae civitas quatuor miliaribus tantum abest ab El-
binga, negotium dederit, ut is eo nomine Majestatis Vrae proficiat
tur, ac si fieri possit, in scelere hujus auctores inquirat, ac quae mer-
rentur supplicia de illis sumat. Si vero temporum horum ratio non tur-
lerit, ut gravius in illos animadvertatur, saltem serio mandet, ut coadjur-
tori

sentibus facimus, quoscumque et quibuscumque in lo-

cus

308
coadjutori meo, quam occupaverunt Ecclesiam restituant, quos in ea sacer-
dotes collocaverit, eos recipiant; fructus etiam, qui debentur Dei Mini-
stris reddant, nec ulla ratione deinceps impediant, quominus eis per-
sum Dei verbum populo praedicare, Christianoque ritu, quem Romana
tenet Ecclesia, missae sacrificium celebrare, et sacramenta volentibus
administrare liceat: graves etiam poenas comminatur, si secus fe-
cerint. Annus jam agitur septimus, quando factum est hoc ipsum ab
eodem Palatino Sandominiensi, qui tum erat Castellanus Ledanensis.
Cum enim haedi mei similiter ut nunc, templum illud occupassent,
proximè defuncti Regis auctoritate, Sathanae ministros ex eo eje-
cit, et eorum loco, qui missi fuerant a me sacerdotes eos instituit.
Feliciter M^{tas} V^{ra} rem Christo Rege dignam, et quae plurimum ad
gratiam Dei promerendam illi perstabit; qui non obliviscatur operis
hujus tam boni, copiosam suo tempore mercedem redditurus.

Et eodem codice Pag 167.

Epistola Henrici Regis Poloniae ad Palatinum Sandom.
Refertur ea ad superiorem Epistolam.

Magnifice sincerè nobis dilecte. Simul ut ad Regni nostri Poloniae
gubernacula capeienda vocati fuimus, missis ad nos Lutetiam Secretariis
suis, graviter coram nobis questus est Dominus Stanislaus Hosius
Card. Varmiensis, quos in templo parochiali nostrae civitatis Elbingen-
sis ipsius jurisdictioni spirituali subiectae constituerat sacerdotes, eos
per magistratum civitatis inde turpiter ejectos, et per lictores extra
civitatem seductos fuisse. Quae res, pro eo ut fauoris tanti postulabat
atrocitas, non mediocriter animum nostrum commovit. Cum enim
etiam sub Turcarum Tyranno libera potestas Christianis permittatur
Deum ritu suo colendi, non potuimus non gravissimè ferre, quod idem
in civitate nostra prohiberetur ab his, qui cum subditi nostri sint,
quam nos amplectimur fidem Christianam, eam non modo non prohibere,
verum etiam tuere deberent et propagare. Quamobrem sinceritati tuae
mundamus, ut cum commodum illi fuerit, ad civitatem nostram Elbingen-
ensem proficiat, in auctores tanti sceleris inquirat, debitas ab illis
poenas edigat, et qui sunt per illos ejecti sacerdotes, eos in locum suum
restituat, fructus etiam indebitè perceptos reddi, atque de illis legitimis
Dⁿⁱ Cardinalis Varmiensis coadjutor illic miserit, responderi jubeat.
Interdicat etiam seriò ne quod simile deinceps designare fauoris audeant,
neve quid juris in Ecclesia Parochiali sibi vendicent, sed liberam illius admi-
nistrationem coadjutori Cardinalis permittant. Si secus fecerint, in gravem no-
stram indignationem incursum, neque debitas huic audaciae poenas evasuri.
Deest annus locus et dies.